

ST fons in limis cuius anguis latet in imis:
 Euolat in primis nisi clausuris vndiq; rimis
Est roris vena qua cum pars surgit amena
 Tempora postrema producunt suscepta venena:
Post gemes stantes fortes creuere gigantes
 Nos supra stantes flatu pereunt elephantes.
 Huic bene contrite quod iungitur est aqua vitæ
 Si feceris rite fit corpus deniq; mite.
 Nam bene mundatum proprio sudore lauatum
 Redditur albatum nigrum prius obtenebratum:
 Assequitur votum cum per se sic bene lotum
 Ne fuerit notum nisi fuerit corpus ærotum,
 Nec petra diuina prius alba fit deinde citrina
 Cum fecis vrina naturæ ablata carina:
 Hos versus si quis forte perpendere nequis
 Si bene scruteris omnia diueseris.
 Si fixum soluas faciasq; volare solutum
 Et in lapidem voluas faciam te viuere tutum.
 Disiuncta coniunge, coniuncta disiunge, disiuncta reiunge
 Liqua duratum iunge liquatum, dicam te beatum:
 Arsenicum fore dic animam sed spiritus extat
 Argentum viuum calx corpus dicitur esse.
 Candida si rubeo mulier sit nupta marito
 Mox complectuntur complexu concipiuntur.
 Destruerem captam primo per benfar satis aptam
 Leniter extractam sic massam contere factam.

A ij

